

tes ibant ⁊ flebant: mittentes se-
mina sua. **V**enientes autem ue-
ment cum exultatione: portantes
mampulos suos. **G**loria. **ps**

Nisi dominus edificauerit to-
mum: in uanum laborauerit
qui edificant eam. **N**isi dominus
custodierit ciuitatem: frustra uigi-
lat qui custodit eam. **C**linum ē
uobis ante lucem surgere: surgi-
te postq̄z sederitis: qui manducatis
panem doloris. **C**um tiderit di-
lectis suis somnium ecce hereditas
domini filij merces fructus uen-
tris. **S**icut sagitte i manu potē

tis ita filij excussorum. **B**eatu
uir qui impleuit desiderium su
um ex ipsis: non confundetur cu
loquetur inimicis suis i porta. +

Gloria patri. 7c. **psalmus d.**

Beati omnes qui timent
dominum: qui ambulat
in uis eius. **L**abores manuum

tuarum qz manducabis: beatus
es 7 bñ tibi erit. **C**or tua sicut

uitis abundans in lateribz domi
tue. **F**ilij tui sicut nouelle oliva
rum: in circuitu mense tue. **E**c

ce sicut benedicetur homo: qui
timet dominum. **B**enedicat

tibi dominus ex syon: ut videas
bona hierusalem omnibus diebus
uite tue. **Et** videas filios fili
orum tuorum: pacem super isrl.

Gloria. An. Pulchra es et deco
ra filia hierusalem terribilis ut castro
rum acies ordinata. **Capitulum.**

In plateis sicut cinamomi
et balsamum aromaticans:
pocorem tedi quasi mirra² electa
tedi suauitatem odoris. **R.** Deo

gratias. **V.** Post partum uirgo in
uiolata permansisti. **R.** Dei genitrix

intercede pro nobis. **Byrieleson.** o

Xrieleson **Byriel.** **V.** Domine

exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te ueniat. *Oratio.*

Humiliorum tuorum quesumus domine delictis ignosce et qui tibi placere de actibus nostris non ualemus genitricis filij tui domini nri intercessione saluemur. Per eundem christum dominum nostrum. *R.* Amen. o


Ant. Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nra omniumq; salute.

V. Letamini in domino et exultate iusti. *R.* Et gloriamini omnes recti corde.

Pro ista quesumus *Oro.* Omnipotens deus ut nullus

nos permittas perturbationibus
 concuti quos in apostolice confessionis
 petra solitasti. **Oratio de sanctis.**

Quoniam sancti tui quesimus
 domine nos ubique adiuuet
 ut dum eorum merita recolimus
 patrocinia sentiamus et pacem et
 tuam nostris concede temporibus
 et ab ecclesia tua cunctam repel
 le nequitiam inter actus et uolu
 tates nostras et omnium famulorum
 tuorum in salutis tue prosperita
 te dispone. benefactoribus nostris sem
 piterna bona retribue. et omnibus
 fidelibus defunctis requiem eternam



concede. **D**ez dominum nr̄m ie
sum christum filium tuum qui te
cum uiuit ⁊ regnat in unitate sp̄s
sancti deus. per omnia secula se
culorum. **R. Amen. V.** Domine ex
audi orationem meam. **R.** Et clamor
meus ad te ueniat. **V.** fidelium anie
per misericordiam tui requiescant in pa
ce. **R. Amen. Ad uesperas. V.**



Deus in adiutori
um meum intende.
R. Domine ad
adiuandum me
festina. **V.** Gloria.
i fine. Alla. An. Dum esset rex. ps.

Dixit dominus domino i
meo: sere a dextris meis.

Noncc ponam inimicos tuos:
scabellum pedum tuorum. **U**r
gam uirtutis tue emittet domi
nus ex fron: dominare in medio
inimicorum tuorum. **T**ecum
principum in die uirtutis tue i
splendoribz sanctorum: ex utero
ante luciferum genui te. **I**ura
uit dominus et non penitebit eu
tu es sacerdos in eternum: secun
dum ordinem melchisedech. **D**o
minus a dextris tuis confregit i
die ire sue reges. **I**udicabit

in nationibz implebit ruinas: cō
quassabit capita in terra multorum.

Otorrente in uia bibit propte
rea exaltant caput. **G**loria. **Ant.**

Dum esset rex in acubitu suo nardus
mea dedit suauitatem odoris. **Ant.**

Lena eius. **psalmus dauid.**

Laudate pueri dominum:
laudate nomen domini. **S**it
nomen domini benedictum: ex hoc
nunc ⁊ usqz in seculum. **A** solis
ortu usqz ad occasum: laudabile
nomen domini. **E**xcellsus super
omnes gentes dominus ⁊ super
celos gloria eius. **S**uscitans a

terra inopem: ⁊ testerecore erigēs
pauperem. **U**t collocet eum cum
principibz cum principibz popu

li sui. **Q**ui habitare facit iheru-
salem in domo matrem filiorum le-
tantem. **G**loria. **Añ** Leua eius

sub capite meo: ⁊ dextera illius amplexa
bitur me. **Añ** Vigta sum. **psalmus.**

Latus sum in his que di-
cta sunt mihi: in dominum to-
mum iherusalem. **S**tantes erant pe-

des nri: in atrijs tuis hierusalem.

Hierusalem que edificatur ut
civitas: cuius participatio eius i-
dipsum. **I**lluc enim ascēderunt

tribz tribz domini testimonium i
isral ad confitendum nomini do
mini. **Q**uia illic sederunt sedes
in iudicio: sedes super domum da
uid. **R**ogate que ad pacem sūt
hierusalem ⁊ abundantia diligē
tibz te. **F**iat pax in uirtute tua
⁊ abundantia in turribz tuis. ⁊
Propter fratres meos ⁊ proximos
meos: loquebar pacem de te. **P**ro
pter domum domini dei nostri: q̄
sunt bona tibi. **G**loria. **Añ** Lig
sum sed formosa filia hierusalem reo
dilexit me rex ⁊ introduxit i cubiculum
suum. **Añ** Jam breuis. **p salmus.**

Psalm

Nisi dominus edificauerit domum: in uanum laborauerunt qui edificant eam. **N**isi dominus custodierit ciuitatem: frustra uigilat qui custodit eam.

Uanum est uobis ante lucem iurgere: surgite post q̄s sederitis qui manducatis panem doloris.

Cum tederit dilectis suis somnum: ecce hereditas domini filij merces fructus uentris.

Sicut sagitte in manu potentis: ita filij excussorum.

Beatus uir qui impleuit desiderium suum ex ipsis non confundetur. cum loquetur

7
inimicas suis i porta. **G**loria pa.

Añ. Jam brevis transijt imber abi
it 7 recessit surge amica mea 7 uent!

Añ. Speciosa. **psalmus. dd.**

Lauda hierusalem domini:
Lauda deum tuum syon. 1

Quoniam confortauit seras por
tarum tuarum: bñdixit filiis tuis
in te. **Q**ui posuit fines tuos pa

cem: 7 adipe frumenti faciat te. 1

Qui emitit eloquium suum ter
re: uelociter currit sermo eius. 1

Qui dat niuem sicut lanam ne
bulam sicut cinerem spargit. **S**it
tit cristallum suum sicut bucellas

ante faciem frigoris eius. quis su-
 stinebit. **E**mittet uerbum suum
 ⁊ liquefacit ea: fluit sp̄s eius et
 fluent aque. **Q**ui annunciat ue-
 bum suum iacob: iusticias ⁊ iudi-
 cia sua israel. **N**on fecit taliter om-
 ni nationi: ⁊ iudicia sua non ma-
 nifestauit eis. **G**loria p̄ri. **Añt.**

Spectiosa facta es ⁊ suavis in delicijs
 tuis sancta dei genitrix. **Capituli.**

Nata sum: ⁊ ante secula cre-
 ata sum: ⁊ usq; ad futurum
 seculum non desinam: ⁊ in habi-
 tatione sancta coram ipso mini-
 strami. **R.** Deo gratias. **hymni.**

Ave maris stella: dei
mater alma: atq; semper
virgo felix celi porta. **O**mnis
illud ave gabrielis ore fuit: a
nos in pace mutans eue nome.
Solve umcla reis profer lumē
cecis mala nra pelle bona cuncta
posce. **M**onstra te esse matrem: et
summat per te preces: qui pro no
bis natus tulit esse tuus. **V**ir
go singularis inter omnes mitis:
nos culpis solutos: mites fac et
castos. **V**itam presta puram ut
para tutum ut uidentes iesum: et
semper collemur. **S**it laus et

deo patri summo xpo decus: spm
sancto trinus honor unus. Amē.

R. Diffusa est gratia in labijs tuis. *R.*

Propterea bñdixit te deus i eternum.

Añ. Beata mater. *Canticum.*

Magnificat anima mea do-
minum. **E**t exultavit sps
meus in deo salutari meo. **Q**ui
respexit humilitatem ancille sue
ecce enim ex hoc beatam me dicet
omnes generationes. **Q**uia fecit
mibi magna qui potens est et i
sanctum nomen eius. **E**t mise-
ricordia eius a progenie in proge-
nies timentibz cum. **R**ecat po-

7
tentiam in brachio suo dispersit
superbos mente cordis sui. **O**re
posuit potentes de sede et exalta
uit humiles. **Q**ui surientes imple
uit bonis et diuites dimisit in
anes. **A**uscipit israel puerum
suum: recordatus misericordie sue.
Sicut locutus est ad patres no
stros abraham et semini eius in se
cula. **G**loria. **Añ.** Beata mater
et inuicta uirgo gloriosa regina mundi
intercede pro nobis ad dominum. **H**
rieleson. **X**peleson. **K**yrrel. **S**
Domine exaudi orationem meam. **R**
Et clamor meus ad te ueniat. **Oro.**


Quæret nos famulos tuos
 quesumus domine deus per
 pietati mentis et corporis sanitate
 gaudere: et gloriosa bte marie sem
 per uirginis intercessione a pñi i
 liberari tristitia et eterna perfrui
 letitia. Per christum dominum no
 strum. *R. Amen. De sanctis. añ.*

Sancti dei omnes intercedere dignemi
 ni pro nra omniumq; salute. *V. Leta
 mini in domino et exultate iusti. R. Et
 gloriamini omnes recti corde. Oratio.*

Protege domine populum
 tuum et apostolorum tuorum
 petri et pauli et aliorum apolorum

patrocínio confidentem perpetua de-
fensione conserva. **Oratio.**

Quones sancti tui quesumus
domine nos ubiqz adiuuet
ut dum eorum merita recolimus
patrocina sentiamus: 7 pacem
tuam nostris concede temporib'
7 ab ecclesia tua cunctam repelle
nequitiam iter actus 7 uolunta-
tes nris. 7 omnium famulorum
tuorum in salutis tue prosperita-
te dispone bñfactoribz nris sem-
piterna bona retribue. 7 omnibz
fratribz defunctis requiem eter-
nam concede. Per dominum no-



strum iesum christum filium tu-
um qui tecum uiuit ⁊ regnat in
unitate spiritus sancti deus per
omnia secula seculorum. **R. Amen.**

V. Domine exaudi orationem meā.

R. Et clamor meus ad te ueniat. ⁊

V. Benedicamus domino. **R.** Deo i

gras. **V.** Fratrum anime per miseri-
cordiam dei requiescant i pace. **R.**

Amen. **Ad completorium V.**



Dominate nos te
us salutaris nr.

R. Et auerte mī-
seriam a nobis. **V.**

Deus i adiutorii

meum intende. **R.** Domine ad adiuuandum me festina. **V.** Gloria. **i. sic.** Alleluia. **Psalmus dauid.**

Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. dicat nunc israel. **S**epe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim non poterunt mihi. **S**upra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam. **O**mnis iustus conuertet ceruicem peccatorum: confundantur et conuertantur retrorsum omnes qui oderunt syon. **M**ant sicut fenem in rectorum quod priusquam euellatur

exarunt. **D**e quo non implevit i
manum suam qui metet ⁊ sinum
suum qui manipulos colliget. **E**t
non dixerunt qui preteribant be
nedictio domini super uos: bene
diximus uobis in nomine domini.

Gloria patri. *psalmus d.*

De profundis clamavi ad te
domine: domine exaudi uo
cem meam. **R**iant aures tue in
tendentes: in uocem deprecationis
mee. **S**i iniquitates observaue
ris domine: dñe quis sustinebit.

Quia apud te propitiatio est: ⁊
propter legem tuam sustinui te

37
domine. **S**ustinuit anima mea
in uerbo eius: sperauit anima mea
in domino.

A custodia matutina
usq; ad noctem: speret israel i do-

mino. **Q**uia apud dominum #
misericordia ⁊ copiosa: apud eius
redemptio.

Et ipse redimet isra-
el ex omnibz iniquitatibz eius. ⁊

Gloria patri. **Psalmus cxi.**

Domine non est exaltatus
cor meum: neq; elati sunt

oculi mei. **N**eq; ambulau i ma-
gnis: neq; i mirabilibz super me.

Si non humiliter sentiebam: sed
exaltaui animam meam. **S**icut

ablactatus est super matrem suam: ita retributio in anima mea.

Speret israel in domino ex hoc nunc et usque in seculum. **G**loria.

Memento salutis **ps.**

sanctorum quoniam nati quondam et corporis ex illibata uirgine nascendo formam sumpseris.

Maria mater gratie mater misericordie tu nos ab hoste protege et in hora mortis suscipe.

Gloria tibi domine qui natus es de uirgine cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula. Amen. **Capitulum.**

Ego mater pulchre dilectionis

7 timoris 7 magnitudinis 7 sacre
spei. *R. Deo gratias. V.* Ora pro no
bis sancta dei genitrix. *R. Ut digni ef
ficiamur promissionibz xpi. Ant.*

Sub tuum presidium. *Litici syeor.*

Nunc dimittis seruum tuum
domine secundum uerbum
tuum in pace. *Quia uiderunt oculi*

mei salutare tuum. *Quod para
sti ante faciem omnium populor.*

*Lumen ad reuelationem genti
um: 7 gloriam plebis tue israel. 1*

Gloria patri. Ant. Sub tuum
presidium confugimus sancta dei ge
nitrix: nras deprecationes ne respici

as in necessitatibus sed a periculis contere
libera nos semper gloriosa benedicta.

R. yrieleson. **X.** pel. **R.** riel. **V.**

Domine exaudi orationem meam. **R.**

Et clamor meus ad te ueniat. **Oro.**

B. Late et gloriose semperque
uirginis marie quesumus
domine intercessio gloriosa nos p
teget: et ad uitam perducatur eterna.

Per christum dominum nostrum.

R. Amen. **An.** Sancti tui omnes
intercedere dignemini pro nra omnium
que salute. **V.** Letamini in domino et exul
tate iusti. **R.** Et gloriamini omnes rec
ti corde. **Oratio de aplis.**

Gaudi nos deus salutaris
noster: et apostolorum
tuorum petri et pauli et aliorum

apostolorum nos tuere presbiteris
quorum conasti fideles esse doc-
trinis. **Oratio pro De sanctis**

Quones sancti tui quesumus
Domine nos ubique adiuuet
ut dum eorum merita recolimus
patrocina sentiamus. Et pacem
tuam nostris concede temporibus et
ab ecclesia tua cinctam repelle ne-
quitiam iter actus et uoluntate
nostris et omnium famulorum tuorum
in salutis tue prosperitate dispece

bifactoribz nr̄is sempiterna bo-
 na retribue. 7 omnibz fidelibz de-
 functis requiem eternam cōcede.
 Deꝝ dominum nostrum iesum x̄^m
 filium tuum qui tecum uiuit 7 re-
 gnat in unitate spiritus sancti deꝝ
 per omnia secula seculorum. *R.*

Amen. *R.* Domine exaudi oratiōem
 meam. *R.* Et clamor meus ad te ueniat.

R. Benedicamus domino. *R.* Deo
 i gratias. *R.* fidelium anime per misericō-
 diam dei requiescant in pace. *R.* Amē.

Salutatio b̄tissime uirgis m̄.

Salue regina mater miseri-
 cordie. uita dulcedo 7 spes

nostra salute. Ad te clamamus ⁊
exules filij eue. Ad te suspiramus
gementes ⁊ flentes in hac lachry-
marum ualle. Eua ergo aduocata
nostra illos tuos misericordes ocu-
los ad nos conuerte. Et iesum be-
nedictum fructum uentris tui no-
bis post hoc exilium ostende. O ele-
mens o pia o dulcis uirgo maria.

Ps. Ora pro nobis sancta dei genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus
christi. *R.* Amen. *Oratio.*

Omnipotens sempiterna de-
i qui gloriose uirginis matris
marie corpus ⁊ animam ut digni

filij tui habitaculum effica mere
retur spiritu sancto cooperante i
preparasti da ut cuius commed
zatione letamur eius pia interces
sioe ab instantibz malis 7 a mo
te perpetua liberemur. Per eun
dem christum dominum nrm.

*R. Amen. Iste psalmus 7 alij
duo sequentes dicantur die
martis 7 die ueneris. Ad ma
tutinum. An. Specie tua. ps.*

Quictauit cor meum uer
bum bonum dico ego i
opera mea regi. **L**ingua mea
calamus scribe uelociter scriben

tis. **S**peciosus forma pre filiis
hominum: diffusa est gratia in
labiis tuis. propterea bñdixit
te deus in eternum. **N**ec ige
re gladio tuo super femur tuum
potentissime. **S**perae tua et pl
chritudie tua: intende prospere
procede et regna. **P**ropter ue
ritatem et mansuetudinem et iu
sticiam tibi. **A**fferentur in leti
tia et exultatione: ad ducentur i
templum regis. **P**ro patribus
tuis nati sunt tibi filii: constitu
es eos principes super omnem
terram. **M**emores erunt nomis

78
tui domine: in omni generatio-
ne ⁊ generationem. **P**ropterea
populi confitebuntur tibi iet-
num ⁊ in seculum seculi. **G**loria.

Añ. Specie tua ⁊ pulchritudine tua
intente prospere procede ⁊ regna. **Añ.**


Adiuuabit eam. **Psalmus dauid.**

Deus noster refugium
⁊ uirtus adiutor in tri-
bulationibus que inuenerunt
nos nimis. **P**ropterea nõ tie-
bimus dum turbabitur terra:
⁊ transferentur montes i cor-
maris. **N**on uerunt ⁊ turbate
sunt aque eorum: conturbati

sunt montes in fortitudine eius.
Aluminis impetus letificat ci-
uitatem dei sanctificauit taber-
naculum suum altissimus. **D**e-
us in medio eius non commoue-
bitur adiuuabit eam deus mae-
diluculo. **C**onturbate sunt gen-
tes ⁊ inclinata sunt regna: dedit
uocem suam ⁊ mota est terra. **O**-
mnis uirtutum nobiscum susce-
ptor nr deus iacob. **V**enite et
uidete opera domini qui posuit
prodigia super terram: auferēs
bella usqz ad fines terre. **A**r-
cum conteret ⁊ confringet ar-

ma: 7 scuta comburet igni. **G**la
cate 7 uidete quoniam ego sum
deus: exaltabor in gentibz 7 exal
tabor in terris. **D**ominus uirtu
tum nobiscum: susceptor nr de'
iacob. **G**loria. **An.** Adornabit ea

deus uultu suo: deus in medio eius n
commouebitur. **An.** Sicut. **psalm.**



Fundamenta eius in mō
tibz sanctis: diligit dñs
portas syon. super omnia taber
nacula iacob. **G**loriosa dicta st
de te: ciuitas dei. **M**emor ero ra
ab 7 babilonis scientium me.
Ecce alienigene et tyrus et

populus ethiopum hij fuerunt
illic. **Q**uoniam syon dicit homi
7 homo natus est in ea 7 ipse fu
davit eam altissimus. **D**ominus
narrabit in scripturis populoz
7 principum horum qui fuerunt
in ea. **S**icut letantium omniu
nrim: habitatio est in te. **G**loria.

An. Sicut letantium omnium nrim
habitatio est in te sancta dei genitrix. **V.**

Diffusa est gratia in labijs tuis. **R.**

Propterea benedixit te deus in eternum.

Pater noster. 7 c. **Absolutio.**

Precibus 7 meritis 7 c. **Ut**
supra. **I**ste psalmus 7 alij

Duo sequentes dicuntur die
mercurij 7 die sabbati ad matu-
tinum. añ. Gaude maria virgo. ps.

Cantate domino canticum
nouum: cantate domino
omnis terra. **C**antate domino
7 bndicite nomini eius: annun-
tiate de die in diem salutare ei.
Annuntiate inter gentes gliaz
eius in omnibz populis mirabi-
lia eius. **Q**uoniam magnus do-
minus 7 laudabilis nimis, terri-
bilis est super omnes deos. **Q**
uoniam omnes dij gentium de-
monia dominus autem celos fe

cit. Confessio ⁊ pulchritudo in
conspetu eius: sanctimonia ⁊ ma
gnificencia in sanctificatione ei.

Afferete domino patre gentiu:

afferete domino gloriam ⁊ hono
rem afferete domino gloriam no
mini ei.

Tollite hostias ⁊ intro
ite in atria eius adorare dominum
in atrio sancto eius.

Moueat a facie eius uniuersa ter
ra dicite in gentibus quia dominus
regnavit.

Et enim correxit or
bem terre qui non commouebit
iudicabit populos in equitate.

Letentur celi ⁊ exultet terra

commoueatur mare ⁊ plenitudo
 eius gaudebunt campi: ⁊ omnia
 que in eis sunt. **T**unc exultabūt
 omnia ligna siluarum a facie do-
 mini qz uenit: quoniam uenit iu-
 dicare terram. **I**udicabit orbem
 terre in equitate: ⁊ populos in ue-
 ritate sua. **G**loria. **Añ.** Gaude a-

maria uirgo cunctas hereses sola interemi-
 st in uniuerso mundo. **Añ.** Dignare me.

Dominus regnauit **ps.**
 exultet terra: letentur insule
 multe. **D**ubes ⁊ caligo in arcu
 tu eius iusticia ⁊ iudicium corre-
 ctio sedis ei. **I**gnis ante ipz

precedet: et inflammabit in cir-
citu inimicos eius. **I**lluxerunt
fulgura eius orbi terre uidit et
comota est terra. **M**ontes sicut
cera fluxerunt a facie domini.
a facie domini omnis terra. o
Anmuntiauerunt celi iustici-
am eius: et uiderunt omnes populi
gloriam eius. **C**onfundantur omnes
qui adorant sculptilia: et qui
gloriantur in simulacris suis.
Adorate eum omnes angeli
eius: audiuit et letata est syon.
Et exultauerunt filie iudee
propter iudicia tua domine.

Quoniam tu dominus altissi-
mus super omnem terram nimis
exaltatus est super omnes deos.

Qui diligitis dominum odite
malum: custodit dominus animas
sanctorum suorum de manu pec-
catoris liberauit eos. **F**lux or-

ta est iusto et rectis corde letitia.

Petamini iusti in domino con-
fitemini memorie sanctificatio-
nis eius. **G**loria. **An.** Digna-

re me laudare te uirgo sacrata: da mihi
uirtutem contra hostes tuos. **Ant.**

Quod post partum uirgo. **psalm?**

Quod ante domino canticus



nouum quia mirabilia fecit. **S**al
uauit sibi dextera eius ⁊ brachi
um sanctum eius. **M**otum fe
cit dominus salutare suum in
conspectu gentium reuelauit in
iusticiam suam. **R**ecordatus est
misericordie sue: ⁊ ueritatis sue
domui israel. **G**ituerunt omnes
termini terre salutare dei nri. ⁊
Iubilate deo omnis terra. ci
tate ⁊ exultate ⁊ psallite. **P**sall
lite deo in cithara in cithara et
uoce psalmi: in tubis ductilibz
⁊ uoce tube cornee. **I**ubilate in
conspectu regis domini mouea

tur mare ⁊ plenitudo eius orbis
 terrarum ⁊ uniuersi qui habitant
 in eo. **F**lumina plaudent manu
 simul montes exultabunt in con
 spectu domini quia uenit quoni
 am uenit iudicare terram. **I**usti
 cabit orbem terrarum in iusticia: ⁊
 populos in equitate. **An.** Post

partum uirgo inuolata permansisti dei
 genitrix intercede pro nobis. **V.** Diffusa
 est gratia in labijs tuis. **R.** Propterea
 benedixit te deus in eternum. **Pater ni.**

Precabz ⁊ meritis. **7c.** **Et**
supra. **A**d uespas primi ⁊
 sabbati de aduentu usqz ad ui

gulationem natiuitatis domini agi-
tur officium beatissime uirgis
marie modo supra scripto. Sab-
bato aut primam dominicam ad
aduentu. Nouesperas beate uir-
ginis. An. *Diffusus est angelus gaba-*
el. et cum reliquis de laudibus
et psalmi consueti. Capitulum.

Ascendet uirga de radi-
ce iesse: et flos de radice ei
ascendet: et requiescet super eum
spiritus domini. *R.* Deo gratias.
hymnus. et X. ut supra. Ad magni-
ficat. an. Spiritus sanctus in te desce-
det: maria ne timeas habebis in utero fi-

lum dei. Alleluia. *Oratio.*

Deus qui de beate maie
uirginis utero uerbum
tuum angelo nuntiante carnes
suscepere uoluisti: presta suppli-
cibz tuis ut qui uere eam genit'
cem dei credimus eius apud te
intercessionibz adiuuemur. Per
eundem christum dominum no-
strum. *R.* Amen. *De sanctis*

An. Ecce dominus ueniet ⁊ omnes scilicet
eius cum eo ⁊ erit in die illa lux magna
alleluia. *V.* Ecce apparebit dominus su-
per nubem candidam. *R.* Et cum eo
sanctorum milia. *Oratio.*

Quoniam tuas quesimus
domine uisitando purifica;
ut ueniens iesus xps filius tuus
dominus nr cum omnibz sanctis
paratam sibi in nobis inueniat ⁊
mansionem. Qui tecum uiuit ⁊ re
gnat in secula seculorum. Amen.

**Supradicte orationes ⁊ Xi
culi predicto modo dicuntur p
omnes horas ad matutinum Inui
tatorium. añ psalmi ⁊ uersiculi ⁊
non mutantur usqz ad lectiones
p̄ter añ. noni psalmi. s. Post par
tum. i loco cuius dicitur ad. An
gelus domini nuntiavit mãie ⁊ concepit**

Incipit

de spiritu sancto.

Lectio Prima.

Missus est angelus gabriel
a deo in ciuitate galilee
cui nomen naçareth: ad uirgines
desponsatam uiro: cui nomen erit
ioseph de domo dauid: et nomen
uirginis maria: et ingressus ange-
lus ad eam dixit. Ave gratia ple-
na dominus tecum: benedicta tu in
mulieribus. Tu autem domine mi-
serere nobis. *R. Deo gratias. R.*

Missus est angelus gabriel ad mariam
uirginem desponsatam ioseph. nuntians
et uerbum et exprophetat uirgo de lumine:
ne timeas maria inuenisti gratiam apud

teum. Ecce concipies ⁊ paries filium et
uocabitur altissimi filius. Dabit ei
dominus deus sedem dauid patris eius et
regnabit in domo iacob in eternum. Ecce
concupies. *Lectio secunda.*

Que cum audisset turbata
est in sermone eius ⁊ co
gitabat qualis esset ista saluta
tio ⁊ ait angelus ei. Ne timeas
maria inuenisti enim gratiam apud
deum. Ecce concipies in utero et
paries filium ⁊ uocabis nomen eius
iesum: hic erit magnus ⁊ filius
altissimi uocabitur. ⁊ dabit ei do
minus deus sedem dauid patris

eius : 7 regnabit in domo iacob i
 eternum 7 regni eius non erit fi
 nis. Tu autem domine miserere
 nobis. *R. Deo gr̄as. R. Ave ma*
ria gratia plena dominus tecum. Spiri
tus sanctus superveniet in te: 7 uirtus al
tissimi obumbrabit tibi: qđ enim ex te na
*scetur sanctum uocabitur filius dei. *Ps.**

Quomodo fiet istud qm̄ uirum nō cog
 sco: 7 respondens angelus dixit ei. spiritus.

Dixit au *Lectio tertia.*
 tem maria ad angelum.

Quomodo fiet istud quoniam
 uirum non cognosco: 7 respon
 dens angelus dixit ei. Spiritus

sanctus superueniet in te ⁊ uirtus
altissimi obumbrabit tibi. Ideo
quod ⁊ quod nascetur ex te sanctum uo-
cabitur filius dei. Ecce helisabeth
cognata tua ⁊ ipsa concepit filium
in senectute sua. ⁊ hic mensis est
sextus illi qui uocatur sterilis quod non
erit impossibile apud deum omne
uerbum. Dixit autem maria ad an-
gelum: Ecce ancilla domini fiat
mihi secundum uerbum tuum. ⁊
Tu autem domine miserere nobis.
R. Deo gratias. **R.** Suscipe uer-
bum uirgo maria quod tibi a domino per
angelum transmissum est. Ecce cœci